Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

quicquam nobis negocij est, reliqua tamen sunt duo capita, secundum et quartum, ob q̃ bona ptextu illius Recessus et legitimæ executionis adhuc detineri ptenduntur. Videndum ergò à vicio nullitatis Recessus ille et subsecuta executio ita defendi possit, ut minutionem paritionis impedire debeant. //.

Et qdem executionem legitimam non esse, ex eo satis euinci potest, quod Recessus Landtshutanus multis nullitatibus laborat.

Sententia autem existente nulla executio legitima esse nequit. Nam destructo antecedente, destruitur etiam consequens, et probata nullitate sententiæ, probatur etiam nullitas subsecutæ executionis. Prima est quia Recessus ille sententiam fert in dictis duobus capitibus de re extra territorium et Ducatum Bauariæ sita. Jus autem extra territorium dictum fuisse inde patet, quod Comes dictum Holtzhamerum in territorio Archiducis Austriæ cæperit, id q̃ probatur; quantum ad processum institutum satis est per copiam Instrumenti n° 2. Cuiq originale productum in dicta copia Mandati der ysenidung Zuuaus Zubers Vrstrickung Colmungnudt n° 9. Et offert plenissima probationem in